

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8672

Auteur(s) : Jean Ier, Alençon (comte)

Bénéficiaire(s) : Neufchâtel-en-Saosnois, Notre-Dame de Perseigne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1171, juillet-1191, 24 février]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

AUTRE CHARTRE DU MESME JEAN COMTE D'ALENÇON, ETC. — Troisième confirmation par le même seigneur des donations et faveurs dont jouit l'abbaye de Perseigne ; dans cette charte, comme dans les deux précédentes, aucune donation ou acquisition nouvelle est mentionnée. Le fonds est le même que celui de la charte précédente, la seule variante intéressante repose sur les noms des témoins.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fleury Gabriel, *Cartulaire de l'Abbaye cistercienne de Perseigne*, Mamers, Fleury et Dangin, 1880, n° VI, p. 16-17.

Dissertation critique

Jean Ier succède au comte d'Alençon à son père Guillaume III Talvas (mort le 29 ou 30 juin 1171) et meurt le 24 février 1191.

Texte d'après a

Omnibus princibus et prelatis sancte catholice ecclesie omnibusque christianis presentibus atque futuris Johannes filius Willermi comitis de Pontivo salutem. Sciatis nos dedisse et concessisse et presenti charta confirmasse ecclesie Beate Marie de Persegna et monachis ibidem Deo servientibus et servituris in puram et perpetuam eleemosynam, quicquid comes Willermus pater meus sive quilibet alii eis dederunt sive concesserunt aut eleemosyna, aut emptione, ita tamen quod dicti monachi et illi qui jam habent vel habebunt ab eis habeant et teneant omnes res et possessiones et eleemosynas suas et quicquid acquisierunt, sive in posterum Deo propitiante acquirere poterunt, per totam terram meam, aut eleemosyna, aut emptione de baronibus et aliis hominibus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quitanciis omnibus et cum omni jure, jurisdictione et districtu possidendas. Quare volo et firmiter precipio quod dicti monachi et omnes qui in grangiis, domibus, medietariis seu in omnibus aliis locis ipsorum monachorum manent sive remanebunt in futurum, tam clerici quam laici, tam donati quam non donati, et omnes homines sui de feodis ipsorum tam presentes quam futuri habeant et teneant omnes res et possessiones et eleemosynas suas solutas, liberatas et quietas ab omni taillia et seculari servitio, et omni exactione, et opere servili, et ab omnibus rebus aliis que ad me vel heredes meos pertinent sive pertinere possunt, quocumque modo sive quacumque occasione, omni reclamacione remota, tam domibus, grangiis, terris, pratis, pasturis, aquis, molendinis, moutis, stagnis, marileis, vivariis, piscariis, redditibus, hominibus, censibus, censivis, vineis, torcularibus, viis et semitis et omnibus aliis rebus et possessionibus suis. Volo etiam et concedo quod dicti monachi possint vendere vel alienare omnia nemora sua quotienscunque voluerint propter utilitatem ecclesie sue et do ipsis et concedo

omnem venationem omnium animalium in omnibus rebus et nemoribus suis. Et volo ut habeant usagium suum in omnibus forestis et nemoribus meis prout in chartis patris mei continentur et quod per nonusum erga ipsos nullum prejudicium generetur quin possint uti in futurum de omnibus que in hac charta et in chartis patris mei continentur. Et hec omnia ego et heredes mei tenemur garantizare dicte ecclesie et dictis monachis et ne presens charta in posterum modo aliquo possit vel debeat immutari, feci presentes litteras sigilli mei munimine roborari. Testes sunt Hamelinus de Meduana et Juhes frater ejus, Odo de Clincampo et Garinus ejus frater, Richardus de Millon, Odo de Alleriis, Garinus de Contillis, Robertus de Fontibus, Hugo de Amion, Herbertus de Osse, Odo Cotinel, Guillelmus capellanus, Guillelmus filius Hain, Guillelmus de Comis et Radulphus Groubert et multi alii.